


33664

III Kat. Komp.

Mag. St. Dr.



10 kop. Syl 2 XV 20
1717 466
**CHARACTER
INDELEBILIS**

Tento
Marte & Arte exercitatæ manûs

Illustrem Notarium

STANISLAUM PACHOLOWIECKI

Eadem dextrâ quâ gesserat ensem, dextrè triginta characteribus efformantem
litteras, Illustrissimæ Ducum

nec non

Serenissimæ Regum Familiæ

INSCRIBENS

Sub Auspicijs

Perillustrium Magnificorum Dominorum D.

JOSEPHI & FRANCISCI

CIECIERSKI

Magnæ Spei Filiorum,

Perillustris Magnifici Domini D.

BALTHASARIS

de Ciećierzyn

CIECIERSKI

Dapiferi Terræ Drohiciensis &c.

in ipsa

Coronide Anni Scholastici

A Perillustri Prænobili ac Magnifica Apollinea Juventute

Athenæi Drohiciensis Societatis JESU

Actu Metagymnastico ad imitationem


PROPOSITUS

Anno

Libri intus & foris æternæ Sapientiæ Characteribus inscripti 1726.

11100

In Avitum Insigne Perillustris
CIECIERSCIANÆ DOMUS.



BIBLIOTHECA
VNI. IACELL.
CRACOVIENSIS

33.664. III.

Propertii.
lib. 2.
Zodiaci sphaeram Virgo * tenet: Urfa Boote
Nautis grata, suo sidere vela regit.
Hæc dum Stemma refert Vestrum caelestia signa,
Ergo notat quòd sit par DOMUS ista polo.
* Sol in Virgine Mense Augusto.



DEDICATIO

DErmittite sub ipsa cotonide Literarij ludi, cum violis rosifq; nato Nomini Vestro, pro sepia, eliquarâ de Pæstanis Floræ liliectis cerussâ, Apollineo-literarios inscribi characteres. *Perillustres MM. DD: Dapiferidæ.* Concedite non perênaturis Cedris & auro, non Oebalijs de marmore sectis Porphiretis, docta incisos Phydæ manu, sed ad immortalis Gloriæ mnemosynon tenui inscriptos folio Aborigines Vestros, Palladis recensere Athenæis, factis memorandos in fastis, scholasticâ ludente pennâ, luci publicæ proponere. Etenim digni sunt, *in quorum plausum tota* *Ovidius* *theatra sonent*, ad quorum encomia erudita sudent ingenia! Florentinis digni calamis Maiores Vestri, à quorum Augusto Sangvine, sublimissimam non modo derivâstis Indolem, verû etiam nativo virtutis per illos dotati ac ditati Genio, eam maturè à teneris excelsæ mensuram

Virgilius porrexistis Gloriæ, verè *Juventus flos veterum
virtusq; Virum;* quæ vos Illustrissimis editos
indici Penatibus. Cernit quisq; limatiore pu-
pilla, Vestris in animis illimes perennare Abo-
riginum Manes, manere originalem Avitæ Do-
mûs RAVITARUM magnanimitatem, quâ dū
inter Podlachicæ Metropoleos Juventutis flo-
rem, inter dicata prognatæ de Jovis cerebro
Deæ excelsarum mentiū capita, ceū inter ignes
Luna minores cæteris præ ulgere videatis, iure-
merito Vobis Pallas, indelebili caractere lau-
dum inscribit præconia, pedissequos virtutum
precatur Honores, antiquissimæ Domus Vestræ

Claudius: proprios Honoris. *Cepistis qua finiserat,
primordia Vestra, qualia vix pauci prome-
ruere senes,* omnis virtutis genere florentissimi
Sive enim plenam intaminati Candoris Vestri
spectemus mentem, sive imbibitam cum Juve-
nili lacte demiremur in Superos pietatem, seu
deniq; cæteras Animi intueamur dotes, com-
pendium Vos esse omnigenæ virtutis inferemus,
JOSEPHUM & FRANCISCUM Illos magnæ

Ovidius spei dicemus Filios, *quorum inest animo Pa-
trij candoris Imago.* Jam verò quantis se
tollat gloria rebus? quantus Vobis surgat Ho-
not? à primæ magnitudinis Sideribus, CIE-
CLERSCIANÆ Domus Aborigines liceat bre-
viter, dicatæ Vestro Honori pennæ indicare a-
strolabio. Domus Vestra, Pantheon quoddam De-
orum est, in qua, quot affinis polo hucusq; Po-
lonia censebat Nomina, tot Patriæ adorabat Nu-
mina, pro Aris & focis Bellatores deveneraba-
tur

tur Affricanos, in Comitijis à gravi Consilio Ca-
tone; in serijs cunctatores Fabios, In legationi-
bus eloquentissimos Lycurgos, pacis & belli tē-
pore invictos Alcidas; qui famâ super æthera
noti; dum vos Hæredes Illorum Gloriæ & vir-
tutum supervivitis, vivunt pariter in Vobis,
complentq; vagis sermonibus aures. Et in-^{Claud:}
primis Magnus sui ævi Stator, Perillustris M:
D: de Ciecierzyn CIECIERSKI Tritavus Ve-
ster; cui per nuptiales tædas connubio iuncta
Perillustris Lavinia SOPHIA URZELOWSKA;
ea CIECIERSCIANÆ Domui invexit Sidera;
quæ perennaturæ Gloriæ accenderent meridi-
em, nullo occasû terminandum. Quid dicam
de Perillustri M. D. ADAUCTO CIECIER-
SKI Terrarum Drohiciensis & Mielnicensis
Vexillifero? Adauxit hic multo virtutum gene-
re florens: fidelitate in Patriam, pietate in
Rempublicam, amore in Cives, liberalitate in
Divos, Avitam Domûs Vestræ Gloriam, verè
Vir Nominis sui ADAUCTUS. Erigit trophæa,
triumphales necit Laurus Mars Polonus invi-
cto Heroi STANISLAO CIECIERSKI Ata-
vo Vestro, illudq; ferreo stylo ad sæculorum
inarat memoriam: *similem illi nulla protu-
lit ætas, consilio vel Marte Virum!* Quan-^{Claud:}
quam nec Perillustris M. D. THOMAS CIE-
CIERSKI Dapifer Terræ Drohiciensis Avus
Vester, minora meretur encomia, is postquam
cum HEDVIGE GODLEWSKA Judicis Ter-
ræ Nurensis Filia, iunxerat concordēs mansu-
ra in fœdera dextras, postquam de stemmato-

grapho GODLEWSCIORUM liliato, mani-
bus tulit lilia plenis, illicò in Domus Vestrae
Florentiam, tot fascibus insignes & legum
culmine fultae, convenere Domus imo qui
lectissimus Orbi Polono sanguis erat. Ad-
volarunt Aviti KUCZYNSCIORUM Alites
plaulumq; dedere pennis; Triumphales exci-
vere ignes OSSOLINIORUM bipennes. Ve-
ri vestigia premens Honoris SUTKOWSCIO-
RUM solea, eos CIECIERSCIANO Crbi
accendit soles; quos saturnia quondam saecula
& argentea sub Jove suspexit aeras. Quid plu-
ra! Vestram Domum non lauro cessura WIERZ-
BICCIORUM inumbravit ad serenitatem an-
nosa Quercus, caeteraq; GOSTOMBSCIO-
RUM, MEZYNSCIORUM, FABŁONOWSCI-
ORUM, NIEMIRARUM, KUSZELORUM,
BOGUCCIORUM, OLENDZCIORUM, SO-
BOLEWSCIORUM Illustrissima Decora, totum
vulgata per Orbem, à quibus quanta Honori
Vestro assurgit Gloria! ex colligatis nexu san-
guinis Familijs, colligant & decidant erudita
universi Orbis capita. Apollo qui Vestro No-
mini, immortalis Gloriam votivos inscribit cha-
racteres, iam ad Principale Sidus Perillustrem
M. D. BALTHASARUM CIECIERSKI Da-
piferum Terrae Drohiciensis Parentem Vestrum
encomiasticum avocat graphium, libratam in e-
jus encomia evolaturus pennam. Hic enim com-
pendium Gloriam est Vestrae; qui quae divisa
beatos alios efficiunt, solus collecta virtutum
in se concludit decora. Illum Metropolis Pod-
lachi-

Iachica, in toga fidum labantis Patriæ Portito-
rem, in sago Marte & Arte boni publici ser-
vatorem Camillum, probatum in Arcopagis
Delphicum Apollinem, certa oracula ferentem,
in legationibus ad Comitia Generalia Regni;
alterum Cyneam, ad Orbis universi deprædi-
cat admirationem. Lustravit is exteros soles
an veriùs sua præsentia illustravit, ubiq; uni-
versorum corda in sui amorem accendens. Ex-
tra Patriam profectus, patrios cum orthodoxa
Fide; non modo non dedidicit mores, verum
conspicuô nitens virtutis splendore, eam ubi-
q; post se reliquit Famam: quàm *nec ven-
tura silebunt lustra, nec ignota rapiet sub
nube vetustas.* Et quia *in prolem transcur-
rit Gloria Patrum, Vobis Filij Corona Pa-
tris,* JOSEPHE & FRANCISCE tanta Paren-
tis Vestri militat Gloria. Quamquam nec à
Materno Sangvine Illustrissimæ de GEMBIC-
CIIS ANNÆ CIECIERSKA (*cuius per
fascès numerantur Avi semperq; renata no-
bilitate virent*) medicam derivastis lucem.
Tullo enim procedens ab alto sangvis ejus, ma-
xima Poloni Orbis Decora CIECIERSCIANÆ
invexit Domûs Erythræ, nempe: Duces in Zba-
raz *KORYBUTHOS, SIENAWSCIOS, BEE-
ZECCIOS, SKOTNICCIOS, LUBOMIRIOS,
OPALINIOS, LIGEZIOS,* multaq; paris
Celsitudinis Nomina & felicitatis Phænome-
na. Crescite ergo tantis in immensum aucti
Parentum splendoribus! Patrio Orbi ad deco-
rem, par nobile Fratrum JOSEPHE & FRAN-

Claude

Idem

Idem

CISCE. Affulgete sæculorum coronati Iustris
& summis aucti Honorum splendoribus, Illu-
strissimis Progenitoribus Vestris ad solatium?
Hæc sunt vota, hi indelebiles cordium cha-
racteres, quos inscribunt.

Devinctissimi
CIECIERSCIANO
Nomini & Honori Pal-
lestritæ Apollineo-Dro-
hiciensis Athenæi So-
cietatis **JESU.**

ARGUMENTUM.

COrona sui Nominis, maximus Sapiëntum æstimator & Coronator Stephanus Bathori, Univerſo Orbi daturus documentum, etiam vicinæ Polo Poloniæ, erudita Virorum capita in pretio eſſe: Illuſtris Generis Nobili, de Armis Rownia, Staniflao Pacholovieccio, Notario ſuo, qui triginta characteribus & totidem lingvis, dextrè efformabat literas, eximio Heroj in vim magnæ ingenij eruditionis & bellicæ fortitudinis (cùm eundem Sapiëntiſſimus Senator Joannes Zamoyſcius, pro tunc Supremus Cancellarius Regni, ob eadem merita, in Familiam Illuſtriſſimæ Suæ Proſapiæ adnumeravit;) unà cum Regni, Sereniſſima Domûs Bathoreanæ inſignia confert & arma, ac ſingulari munit privilegio. Okolſki tom: 2. fol: 553.

P R O L O G U S.

Pallas ſapientiâ florentem Genium Pacholovieccij, Nomine inſignit Regum; Bellona verò in vim bellicæ dexteritatis, ferreo ſtylo Heroùm inſcribit Albo; cujus nomen dum delere Invidia nititur, vi ab utraq; Dea repellitur applaudentibus Genio Camænis illo Poëta ſemidiſticho: Carior Ipſo, nec Mv's Is fv't; aeterno neq; Dignior aVo. Statius Achil: lib: 1.

A P O D O S I S.

Fama Illuſtriſſimæ Domûs CIECIERSCIANÆ, ſago & togæ Marte & Arte præclaros Aborigines commemorans; omnes in Perilluſtri M. D. BALTHASARE CIECIERSKI Dapifero Terra Drohicienſis ſuperſuſvivere denunciatur; Illumq; ab eruditione, ſanis conſilijs, exploratâ in legationibus dexteritate, vicinorum cum Gloria luſtratione Regnorum, & alijs animi talentis deprædicat. Pallas verò excelsas animi dotes, magna ſpej Filiorum JOSEPHI & FRANCISCI dilaudat; paritèr illis metris: Carior Ipſis nec Muſis fuit &c. Supremosq; Iſſdem Dignitatum Honores, Characterè indelebili tranſcribit.

Sława Jaśnie Wielmożnego Domu CIECIERSKICH, równie w boju iak w pokoju; Męstwem Madrością zaleconych Antenatorow, ku ſłynie y więkſzey eſtymacyey ninieyſzym wiekom przywodząc, wſytkich w Wielmożnym BALTAZARZE CIECIERSKIM, Stolniku Ziemi Drohickiey wiekować deklarując; oraz wſpaniały animuſſego, madrością zdrowemi radami, doſwiadczona w legacyach przez ornoſć, experiencya poſtronných narodow od niegoż zluſtrowanych, y innemi przymioty jaśnieiacy depredykuie. Pallas zaś w młodym

wieku dojrzała cnota, wstrząsnęła wielkiej nadziei Synon JOSEFA y FRANCISZKA CIECIERSKICH przekonując, w ten sens: Ktoby miał barziej sprzyjać, uczoney Palladzie, nad nich lat godnych, w szkolney nie widzieć brygadzie. Niezłożowaym oraz charakterem najwyższ w Polsce zapisanie Im Honory.

ACTUS IINUS INTERLUDIUM.

Scena Ima. Ambidexter Marte & Arte Pacholowieccius, in castris Palladi vacans; dum Gemmas Mantuani more Vatis, suo volumini insereudas feligit; quò laudes trophæa Invisi Monarchæ Stephani recensabat, advertit suæ bibliothecæ, caecino-literarios inscriptos characteres: *Si lux es tibi lege libros exulis*, quibus animari se ad lecturam, Ovidij exulis Poëtæ interpretans, si lux esse velit Orbis Authorem diligenti vertat manu, sed in eius hoc casu incidit monostichon: *I, sVnt faCILES MVsa aDhabltant In rVpIbV's* (b) *aLItIs*; quare operi coronidem impositurus, ad proximas Sylvarum rupes secedit.

Scena 2da. Inter abdita Sylvarum, dum apis instar flores Poëtarum delibat, pariter advertit ut; *CaLoqVe eXaMIna LV'DVnt* (c) nempe mellilegæ volucres, Platonicæ quondam Vates eloquentiæ apparent super ejus capitis verticem volitantes, à quibus faustum omen sumit, sed læta eius à militibus è castris profugis raptoq; (d) viventibus turbantur auguria, quorum se furori subducens, in Regis castra properat.

Scena 3ia. Invisus Stephanus Rex, acceptâ relatione, de fuga militum è castris, pannico inter discordes animos timore (quem ej Zamoyseius derulerat illo Vatis metro: *eXorItVr trePIDos Inter DISCORDIa CIVes* (e) ut tantis malis obviam iret, mandat ad notitiam universis, erudito Pacholowieccio edictum varijs idiomatibus describere, unâ in illo causas suscepti belli, injurias à Moscis Regno illatas exprimere, hacq; ratione ad fortiter agenda, pro gloria gentis Polonæ, dejectos corde reaccendere Heroas. Quod edictum ut citius perficiat, etiam Honorum præmia spondet, dicendo: *SCrIptVrIs DabItVr pretIVM non VILE LaborIs.* (f)

Scena 4ta. Dolofus Synon Sabinius, unus ex Ephelis Regijs invidiâ fremens, dum ex unâ parte Pacholowieccij lingvarum peritiam, ex altera Regios trutinat favores, decidit lethali toxico eum tollere, vel magis dolofis fraudibus in odium Monarchæ exponere: in quem finem libellum à se quondam conscriptum (g) quò à bello revocaban-

tur

(b) Ovidius l. ult. trist. (c) Virgil: Geor. l. 4. (d) Vivitur ex repto Ovid. 1. met. (e) Virgilius Æn. 12. (f) Claudianus. (g) libelli Author Saba per castra sparsi memoratur à Cromero fol. 810.

tur Herodēs, quasi is ejus Author esset Regi deferre statuit. Qui dolus utrum succedat, adit Sylvanum consulturus, à quo audit: *Ibit immunis me Poëta tenet, à te opem si nummi tibi.* Dubiâ hac Legen-
dum
retro responsione, quæ immunem Pacholovieccium, sibi verò nummis opem quærendam canebat, non contentus, secundo de fato & successu, sui & illius contulit: reponente Sylvano; offeret ILLI rex aqVILaM regni, *nobille Dentis onVs.* (h) lætum ergo pro letho falso subintelligens, cum spe & lætitia boni eventus ad Regem properat.

Scena Sta. Simulatâ ad fraudes mente, incusat Pacholovieccium Regi, Authorem fuisse fugæ militum è castris, & libellorum sparsorum per exercitus: Ad quæ Stephanus Rex primo succensus irâ tandem mandat Zamoyscio Duci, Authorem sparsi libelli per castra inquirere. Satisfit mandato Regio, mittuntur literæ à Duce per militem, adcitantes Regis Notarium in castra.

Scena Sta. Plenus fastu & astu Sabinius, obviat militi deferenti literas, quem dum in suas partes pertrahere nequit (revocatis Sylvani dictis: *ibit immunis &c. à te, opem si nummi tibi*) nummis opem quærendam ratus; pretio & auro evincit ut literæ sibi monstrarentur; quas præparato ad id veneno intoxicat, certus quod ab attactu illarum Pacholovieccius sit casurus. Dat cautè manu versandas militi ad deferendum; quæ omnia spondet auro expugnata avari militis fides.

C H O R U S I M U S.

Geniū Pacholovieccij fessum; lectio nit 9 librorum, sub umbra lauri quiescentē dolis irretire Odium & Invidia nititur, sed ut addictus quondam Minerva: PaLLadis a VXIIIs seMper stetit VLIIsses (i) Ita hic Genius auxilio ejusdem immunis persistit, Eucharistion sua Liberatrici persolvens.

A P O D O S I S.

EX occasione huius, Genius Polonia, Aurea sua libertatis Tutorem Perillustrem Dapiferum asserit, ac super excelsas Pyramides, in vim gratitudinis aureo Nomen ejus ad perennitatem inscribit stylo: quod nec ventura fileant lustra nec ignota rapiat sub nube vetustas. (k) Pallas vero Drohicieusis Nomina luci publica matrescentium filiorum recensens, præcipuè JOSEPHI & FRANCISCI sua Pallestra dicata, ejusdem inarata obelisco, Perillustris M. D. Nomini adscribit: Filij Corona Patris.

Geniuss Krolestwa Polskiego złotey wolności obrońcę Wielmożnego Stolnika Ziemi Drohickey być głosi, y na zawdzięczenie

C2

(h) Martialis (i) Virg: Æn: 2: (k) Claudianus. k10

ku wiekopomney sławie złotemi Imie Iego na wspaniałych zapisuie
obeliskach litery. Pallas zaś Drohicka z laty publicznemu Oyczy-
żny Swiatła wzrastające Imiona godnych Onegoż Synow depredyku-
ie, osobliwie iednak JOZEF A y FRANCISZKA Palladzie swey
oddanych, na wyniosłych także obeliskow zapisane Porfirach. Nad
Imieniem zaś W. I. M. P. Stolnika to przypisuie, Synowie Koro-
na Oycza.

ACTUS 2dus. INTERLUDIUM

Scena 1ma. Conscriptum ad mentem Regis, varijs lingvis edictum Pa-
choliveccius, Voynio Praefecto castrorum praesentat, sed cum e-
xactissime descriptum audit; uterq; ad Regem tendit, quibus mis-
sus à Duce obviat miles, mandata cum literis deferens, sed hæc à
Pacholiveccio non accipiuntur, asserente non esse necesse illis, cum
earum contenta brevi à Duce quem adit innotescant sibi. Miles
veritus ne in reditu literæ à Duce repetantur, scelusq; pateat, li-
teras clandestine servat, dicturus se amisisse, sed cum incaute ver-
sat, in ipso ingressu castrorum sub conspectu Regis cadit, semi-
mortua ingeminans voce illud: *Insignis, ne Mo scelestus par-
ter & felix Div* (1)

Scena 2da. Subita Rex conterritus militis morte, in Pacholiveccium in-
vehitur, tanquam libelli Authorem & funesti occasus Herojs, sed
brevis innocentia (Voynio in testimonium occursum asserente mi-
litis) patescit. Senatores etiam iuste à Divina Nemese punitum
inferunt (ex ultimo prolatis. *Insignis, nemo scelestus etc.* Libelli
etiam sparsi per castra, cuius Author asserabatur, calumniam de-
let, tum edicto exacte varijs lingvis exarato tum libro à se con-
scripto, quo laudes trophæa, victoriae Regis & fortia gesta Polo-
norum recensabantur. Praefecto itaq; Rex obiter volumine, fu-
rore in favorem mutato Pacholiveccium aureo præmiat mucrone,
cum lemmate. *Sanguine scribendum, laureati Vatis titulum im-
ponit. Pacholiveccio promissa impleri animadvertente! Scriptu-
ris dabitur pretium &c.*

Scena 3tia. Tristis Sabinius de non successu doli, majores structurus,
fangit astute coram Mieczynio (fido Achate Voynij) tumidum
Vatem Regijs favoribus, ex condito cum Voynio vitæ ejus insi-
diari, spe obtinendæ eius dignitatis, svadetq; ut mortem suam, mor-
te Vatis Regij præveniat.

Scena 4ta. Mieczynius licet non statim, facile tamen fidem dictis præ-
bens, milites suos ad mortem inferendam Pacholiveccio accendit,
& inter Sylvarum rupes, ad quas ille Palladi vacaturus secedere

sole-

(1) Simon Anglus.

solebat, locat, descriptoq; habitu illius, illo Publij Maronis monosticho: *Inflens hV MerIs nltet arCVs & aVrea VatI CassI- Da* (m) ipse aliò gressus vertit.

Scena Sta. Astuta vulpes Sabinius, cupiens magis dolosis artibus irretire Duces sicq; odio & morti exponere Vatem, fingit pariter coram Voynio; eum cum Mieczynio violentas illi inferre manus velle, cuius cum discredet dictis; ad proximam eum Sylvam ducit, latentesq; monstrat excubias, quibus conspectis Voynius, revera sibi infidiari putans, Mieczynium prior vitâ privare statuit. Sabinio verò pro gratiosa præcautione (revera dolo) grates redditurus, præcavet ut pariter suæ consulat vitæ, denunciatur quippe brevi sententiam mortis in eum à Rege ferendam, eo quòd sciat eum fuisse Authorem libelli in castris sparsi. Territus hoc nuntio Sabinius consilium petit, cui datur, ut siquidem sciat Pacholovieccium in magnis favoribus esse apud Regem & Duces, similes eius vestitus sumat, sicq; oculos vigiliarum fugiens eludat. Placet consilium, nec mora digrediuntur.

C H O R U S 2dus.

U Traq; hastata Dea, Casarem ex utroq; Marte & Arte Gennum Pacholovieccij, Genio Poloniae commendant quem ille (pralecto quòd Palladis clypeus aureis literis referebat semidisticho: *Sapientis, IngreDitVr, LaVrosqVe gerens & fLorea fertls teMpora VInCta, nltent* (n) immarcescibili Coronat lauro, & auream illi ad Honores Fortune referat portam.

I Am verò Genus Podlachia ad laureas & aureas natam Domum CIECIERSCIANAM cydares esse Pantheon DEORUM asserit, in quo quot Colligatarum Familiarum Nomina, tot Numina fovem de sanguine ducentes Domos recenset, nempe: GEMBICCIORUM, NIEMIRARUM, KUSZELORUM, URZELOWSCIORUM, LITTAUTORUM, SŁUPECCIORUM, BONCZALSCIORUM, CHREPTOVICIORUM, ŻALIWSCIORUM, SKIWSCIORUM, OBORSZCIORUM, GASTOMSCIORUM, MEZTNSCIORUM, ŻABŁONOWSCIORUM, GODLEWSCIORUM, KUCZTNSCIORUM, SOBOLEWSCIORUM, BOGUCCIORUM, OŁĘDCIORUM, BYKOWSCIORUM, &c. parvis Gloriae sidera; quibus inter sonoros concentus Palladis applaudunt Camena.

G Eniusz Podlaski Laurow y Koron Dem, godny CIECIERSKICH Panteonem być mieni, w którym ile się liczy z Kolligowanych Familyj Imion, tyle Prześwietnych Jowisza Krwia się

D

tyka.

(m) Virgilius Aeneid u. (n) Claudianus.

tykaiacych Osob, owych to. GEMBICKICH, NIEMIROW, RU
SZLOW, URZELOWSKICH, LITAUTOW, SLUPECKICH,
BONCZALSKICH, CHREPTOWICZOW, ZALIWSKICH,
SKIWSKICH, OBORSKICH, GASTOMSKICH, MEZYNSKICH,
y innych niemnieyszych Domow, ktorych uczone Kameny swemi
Stawia koncerty.

ACTUS 3tius. INTERLUDIUM.

Scena 1ma. Voynius, longius latens sub corde vulnus non valens susti-
nere, indolet suæ infelicitati coram Rege & Ducibus, Mieczyni-
um suæ vitæ deferens insidiatorem. Hic contra se potius ab eo
in mortem quæri asserit. Rex subito motos inter Heroës cupi-
ens discordiæ componere fluctus, de testibus exquirat; sed dum u-
nanimi voce, uterq; Sabinium citat, doli ejus & fraudes patefcunt.
simulq; libellorum per castra spariorum Author fuisse Regi defer-
tur, quare justissimus Rex, omnium consensu sententiam fert mor-
tis, ac Mieczynio ejus mandat executionem.

Scena 2da. Assumpto simili habitu Vatis Regij Sabinus, proximus fu-
gæ timore mortis concutitur, tandem resumpto animo, dum au-
dacter Sylvas ingreditur, abisdem militibus, quos ex ejus motivo
Mieczynius in insidijs locaverat capitur: qui ex descriptione sibi da-
ta Ducis. *Insistens humeris etc.* Et libellis penes illum inventis reve-
ra Pacholovieccium putantes (frustra illo deprecante & nummis
opem quærente) occidunt, ubi semimortuâ voce verificari Sylva-
ni Dij oracula profert *ibit immunis &c.* (Pacholovieccio illa appli-
cans) seroq; intelligit repetens verba militis *insignis nemo scelestus*
&c. non lætitiâ sed certam mortem Deos sibi præfagisse illis
verbis: *expecta lethum &c.*

Scena 3tia. Mieczynius cernens se graviter delusum à Sabinio, ut ab
innocentis Pacholovieccij cæde milites suos retrahat, ad Sylvarum
abdita properat, ubi à militibus de peracta iam cæde relationem
accipit (terrificus tristi hoc nuatio monstrari sibi cadaver jubet,
ex quo dam occultum Sabinium cognoscit, tristi pulsâ nube, lætus
hoc errore ad Notarium Regis properat, veniam precaturus ei
aliquando intentatæ necis, quem & obvium habet, sed vix in mû-
tuos amplexus raunt, cum subito ad arma classico intonante in
castra revocantur.

Scena 4ta. Zamoyscius Dux post longam obsidionem, ultimis viribus
expugnaturus Plescoviam, jubet undiq; vi & armis instare exercitus,
partem copiarum ad succendenda mænia, partem ad effringendas
urbis portas ordinat, quæ omnia dum strenuè geruntur, animad-
vertit Dux, inter Polonos Heroäs Nobilem Stanislaum Pacholovie-

cki bellicâ dexteritate cæteros antecellere, qui Regio mucrone lē-
ma referente: *Sanguine scribendum* cruentos characteres plurimis
hostium inarabat cervicibus, primusq; vi & armis effractis portis
occupaverat arcis mænia, repræsentantibus scenam hanc umbris.

Scena Sta. Victor Zamoyscius expugnatâ Plešcoviâ in castra revertitur,
vix non una cum illo Magni Basilij Legati, pacem petituri ad Re-
gem Stephanum veniunt. Hos Rex de more liberæ gentis susce-
ptos, & saltu recreatos, formato ab utraq; parte ad certum tem-
pus armistitio, liberè dimittit.

Scena Sta. Acceptâ Stephanus Rex à Ducibus relatione, de strenua nō-
nullorum Polonæ Gentis Heroum animi dexteritate, virtutem illo-
rū præmiat, Pacholovieccio vero, immuni à dolis Sabinij & belli ca-
sibus ut fata canebant *Ibit immunis* &c. in vim singularis bellicæ for-
titudinis, quæ in bello cum Moseis enituit, & probatæ tot lingua-
rum peritiæ (dum eundem Illustrissimus Joannes Zamoyscius suæ
Familix adnumerat) singulare daturus præmium, Aquilam Re-
gni & Serenissimæ Domûs Bathoreanæ insigne nempe dentes lu-
pinos in Stemma concedit, cum singulari privilegio. Quod dum
Pacholovieccius sumit, se ex illis verbis. *Si lux es* &c. (ut quon-
dam lux Vatum Ovidius sub Augusto) lucem sub Stephano Re-
ge Sarmatico Orbi ab Illustrissimis Ceris, quibus adnumeratus est
infert, ubi etiam Sylvani implentur oracula: *offeret illi Rex A-*
quilam &c. Rex verò ex occasione Marte & Arte exercitati Va-
tis sui Polonæ Juventuti protunc præsentis digna Cedris & auro in-
culcat verba: *Disce latinè* & ego ex te aliquando faciam *Mosci*
Panie.

E P I L O G U S.

Genius Litvano Podlachici Drohicciensis Atshenki Literaria In-
ventæ sapientiæ & fortitudine conspicuum Genium Pacholo-
vieccij ad imitationem proponit, illoq; Vatis disticho:

Discite Lechiadæ conjungere Pallada Marti,
Nominis & Vestri Gloria præpes erit.

Ad sollicitum Virtutis & scientiarum excitat studium. Pallas
verò indelebili caractere suo albo inscriptos, altiori gradu præmia-
tura, à vocali fama Nomina eorum promulgari jubet. Et impri-
mis Perillustres M.M. DD. JOSEPHUM & FRANCISCUM
CIECIERSKI Dapiferidas Drohiccienses, altiori donat gradu, ap-
plaudentibus Iisdem pro coronide Camænis.

Ad

M. D. T. O. M. G. B. V. M. S. L. O. C. H. S. P. I. & S. F. X.
Cultum & Venerationem.

BIBLIOTHECA
VNIV. IACELLI
CRACOVIENSIS

Biblioteka Jagiellońska



stdr0025418

